

eodem Gregorio. 14. congregationi fratrum
Crucigerorum anno etiam. 1591. cuius teno-
rem refert, art. 11. q. citate. In qua cōcessio-
ne specialiter eis concedit, vt possint frui pri-
uilegijs, & indultis factis religioni presby-
terorum collegialium Societatis Iesu.

¶ Sed maius dubium est, an priuilegia con-
cessa à sede Apostolica religiosi Societatis,
ita vt alijs religiosi aliorum ordinum mini-
mè communicentur [de quibus Collector pri-
uilegiorum Societatis] communicentur mo-
do, per nouas concessiones posteriores Sum-
morum Pontificum : in quibus conceditur ip-
sis religiosi, vt possint gaudere priuilegijs,
dictæ Societatis? Ad hoc ita respondet fra-
ter Emanuel vbi supra art. 17. Hoc dubium
aliquibus, & mihi etiam difficile apparet.
Et certe vellem, vt mēs Sedis Apostolicę cir-
ca hoc expressè postularētur. Modo tamē mē-
tem ipsius ex priuilegijs datis indagando di-
co, quòd Gregorius. 14. in duabus concessio-
nibus superius adductis absolute, & sine
aliqua limitatione concedit, quòd Cisterciē-
ses & Crucigeri fruantur omnibus priuilegijs
cōcessis alijs ordinibus, etiam Societatis Ie-
su. Et à concessione generali non est recedē-